

puli ac regiones iam vexari magnopere coeptae sunt; et vereantur ne de regni sceptro agatur potius quam de religione, praesertim cum fama percubuerit permissurum fuisse regem quod petitur de alienae religionis exercitatione in hoc regno amplius non toleranda et de oppidis, quae ab haereticis occupantur, auferendis. Ac praeterea ipsis Guisianis ducibus et eorum sociis quaedam castra, securitatis eorum causa, cum milite etiam armato relicturum. Sed multo maiores conditions, quae ad privata commoda pertineant, ab eis dicuntur postulari. Hae quales sint cognoscere vere non potui, sed narratur per plateas, praecipuas regni urbes ab illis peti. Si concordia sequatur, emanatum in vulgus est, episcopos regni huius unum in locum convocatos iri, quarum auctoritate vel suasionem rex Navarrae et alii multi catholicam deligionem amplectantur. Addunt aliqui quod is episcoporum congressus concilii nationalis nomine appellabitur. Non desunt etiam qui dicant hunc conventum, non tam catholicorum quam haereticorum futurum, ut in ipso ad formam colloquii vigesimo fortasse abhinc anno hic habiti in oppido de Poisy de nostra veritate et illorum falsitate disputetur. Quod tamen eo animo atque ea mente regem dicunt concessurum, ut Navarrae ipsi regi caeterisque haereticis satisfiat et haec eis quasi iusta quaedam causa tribuatur, qua possint asserere religioni se catholicae non armis, sed ratione victos, adhaerescere. Hic episcoporum aut alius eius generis congressus absque Vestrae Sanctitatis facultate fieri neque posse neque debere mihi notum est. Quare si quid certi de hac re cognoscam, regem statim admonebo, ut antequam id exequatur, Vestram Beatitudinem omnibus de rebus commonefaciat.

Multis ex partibus regni huius auditur, nonnullos, qui haeresim profitebantur, ad sacrum modo altaris sacrificium accedere et errorem detestari suum... Parisiis die XXIII mai MDLXXXV.

Orig. *Nunziat. di Francia* XIX 33, Archivio segreto pontificio.

4. Avviso di Roma dell'8 giugno 1585.¹

...Il Papa ha fatto, dar principio ad un palazzo nuovo vicino a S. Giov. Laterano per commodità de Papi, incominciando dalla parte, ove si facevano i Concilii Lateranensi, et per questa struttura S. S. ha fatto chiamare l'architetto del Granduca, et per far condur l'acqua de Pantan de Griffi 12 miglia di qua a Montecavallo et alla sua vigna contribuendo 36^m sc. alla spesa, che fa il popolo Romano di detta acqua comprata per 25^m sc. dal card. Colonna.

Orig. *Urb.* 1053 p. 243, Biblioteca Vaticana.

5. Avviso di Roma del 13 luglio 1585.²

Dicesi, che il Papa rispondesse l'altro giorno a Medici, che procurava con ogn'efficacia il favor del duca di Galese, che se Cosimo padre di S. S. ill^{ma} non havesse in principio del suo dominio adoprato lo

¹ Cfr. sopra p. 474.

² Cfr. sopra p. 68.